Flores coeli colore

Papaver caeruleum

Aperitur stella
in limite coeli:
papaver leve.

Serica petala ut folia coeli circumdant aureum radium in tenero et subtili stelo: est coelum quasi cum stellis auratis rarum papaver violaceum, ex alto Himalaia oriundum similiter salis rosacei.

Flos qui non nascitur cum calido sole sed subridet in locis niveis et saxosis.

Artifices eius gratiam celebraverunt verbis et coloribus , ut in hac imagine

puellae circumdatae harmonia florum.

Harmonia universalis et omnis temporis in florum corona circa vultum

"Veneris" pictae a Botticelli.

Ad imaginem ornandam nexus pretiosus bellidum et papilionum , sigillum

Alfredi Mucha, summi artificis "Artis novae".

Non satis radii solis ut aliquibus genestis darent colorem. Est totum coelum

quod splendet in petalis eorum.

“Viola tricolor” est nomen huic flori sed omnino vocatur “viola memoriae”.

In media corolla dicitur enim vultum amatum indistinter videri.

Simile nomen est “Viola Cupidi”, quod dei sagitta inter petala cecidit.

Gratus maxime fuit Napoleoni: dicunt enim ei donavit hunc florem Josephinam Beauhaurnais, eius primum amorem.

Maria Aloisia, Austriae filia reginae, amavit quoque florem violaceum, pictum in vestibus et patinis et in horto in regia Colorni cultum et curatum.

In China quoque fuit donum, secundum legendam, alicuius pictoris, nomine Li-Tsan-Chiu, uxori imperatoris.

Oculi mulieris, caerulei cum reflexibus ex auro, erant enim eodem floris colore; illa fuit tam laeta ut iusserit horticultorem serere in horto regiae illum florem, creatum cum amore.

Myosotis" est nomen alii simili flori at saepe indicatur supplici expressioni:

“Ne mei oblitus sis” , secundum tristem historiam, fuerunt enim verba extrema iuvenis cuiusdam in lacu submerso, dum hos flores colligebat suae amatae, captus dulci passione.

Candidi in origine, deinde fiebant violaceo colore, ob dolorem virginis orbatae amore.

Similes stellis at timidae et pudicae celestes mimosae maxime sensitivae . Si eas tangis, enim, se recedunt in viridi stelo.

Non solum aurei, ut indicat nomen (a “chrusòs”= aurum et “anthemos”= flos) , sed etiam caeruleo vel violaceo colore. Flosculi eius parvi, ut flammae vel stellae, formant coronam aut beluam curiosam!

Lucia
Mattera
©Yuki-www.picsfordesign.com-PFD_bouledeneige